



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tractatus De Censuris Romano Pontifici Reservatis

Ugolinus, Bartholomaeus

Venetijs, 1609

Verb. Filum ferri.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61365](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61365)

ue proficisci potest, & rem parua tradens in excommunicationem incidet.

Verb. Filum ferri.

S V M M A.

1 *Filum ferri ad christiani nominis hostes deferri non potest, & quamobrem.*

1 **H**ic quoque ad hostes christiani nominis filum ferri de ferri prohibetur, ut in versic. proposito habetur: etenim eo pilæ armatae fiunt, & bombardis, sclopetisque pilæ plures simul iunctæ, atque inclusæ, indeque eiectæ graue damnum inferunt. Addo ex filo ferri arma alia fieri posse, ut pote spicula sagittarum, & alia etiã armorum genera, vbi quantitas magna adest.

Verb. Stannum.

S V M M A.

1 *Stannum ad christiani nominis hostes deferri non potest, & quamobrem.*

1 **H**ic quoque ad christiani nominis hostes deferri prohibitum est stannum, ut in eodem versic. habetur, etenim ad bombardas faciendas accommodatũ est,

ac propterea ad bellum aptum, & ad alia etiam vtile, stannum autẽ species metalli est, quod in fodinis inuenitur cum argento, & in fornace primum liquefit, & Plumbum album vocat.

Verb. Chalybem.

S V M M A.

1 *Chalybs ad hostes Christiani nominis deferri non potest.*

1 **H**ic quoque prohibitum est ne ad christiani nominis hostes chalybs deferatur, ut in versic. habetur, & proprie hic accipitur pro eo ferro, quod vulgo dicitur acciaio, quamuis alias generatim pro ferro accipiat, sed quoniam speciatim ferri mentio facta est, ob eam rem pro metalli specie accipere hic debemus.

Verb. Omniaque alia metallorum genera.

S V M M A.

- 1 *Metallorum genera nulla ad hostes deferri possunt.*
- 2 *Metallorum genera septem sunt, & quæ.*
- 3 *Plumbum ad christiani nominis hostes deferri non potest.*
- 4 *Aurum ad christiani nominis hostes deferri*